

ETYMOLOGIARVM LIB. XI. i

dinem decentissimum. Primus pollex vocatus, eo quod inter ceteros polleat virtute et potestate. Secundus index et salutaris seu demonstratorius, quia eo fere salutamus vel ostendimus. Tertius inpudicus, quod plerumque per eum probri insectatio 71
5 exprimitur. Quartus anularis, eo quod in ipso anulus geritur. Idem et medicinalis, quod eo trita collyria a medicis colliguntur. Quintus auricularis, pro eo quod eo aurem scalpimus. Vngulas 72
ex Graeco vocamus : illi enim has ὄνυχας dicunt. Truncus media pars corporis a collo ad inguinem. De quo Nigidius(108):
10 'Caput collo vehitur, truncus sustinetur coxis et genibus cruribusque.' Thorax a Graecis dicitur anterior pars trunci a 73
collo usque ad stomachum, quam nos dicimus arcum eo quod ibi arcanum sit, id est secretum, quo ceteri arcentur. Vnde et arca et ara dicta, quasi res secretae. Cuius eminentes puluae
15 mamillae : inter quas pars illa ossea pectus dicitur, dextraque aut laeva costae. Pectus vocatum, quod sit pexum inter emi- 74
nentes mamillarum partes ; unde et pectinem dici, quod pexos capillos faciat. Mamillae vocatae, quia rotundae sunt quasi malae, per diminutionem scilicet. Papillae capita mammorum 75
20 sunt, quas sugentes comprehendunt. Et dictae papillae, quod eas infantes quasi pappant, dum lac sugunt. Proinde mamilla est omnis eminentia uberis, papilla vero breve illud unde lac trahitur. Vbera dicta, vel quia lacte uberta, vel quia uvida, 76
humore scilicet lactis in more uvarum plena. Lac vim nominis 77
25 a colore trahit, quod sit albus liquor : λευκὸς enim Graece album dicunt : cuius natura ex sanguine commutatur. Nam post par-

1 vocatur *C* 2 index et *om.* *T* salutatorius *C* 3 demonstrarius *Tante corr.* quia] quod *K* ost. *BDK* : aliquid demonstramus *CT* 4 quod] quia *B* : *om.* *K* proprii *B* : propriae *K* 6 item *B* idem et . . . caput (§ 72) *om.* *M.* med. quia *CK* a medicinis *B* 7 aur. eo *C* 8 enim] namque *K* (*non D*) onicen (un-, -ces, -cem) *codd.* (*etiam D*) 9 co. usque ad *C* (*non U*) 10 sustentetur *KM* (*non DFU Mon.*) 13 quo] quod *B* 14 et arx *Serv. ad Aen.*
1, 262 : *om.* *K* (*non D*) secreta *K* cui em. pupiae *B¹* 15 dextra autem l. *K* : dextraque autem leva *T* : dextra laevaque *CD* 16 quod] quia *K* (*non D*) peximum *KB¹* 17 partes *om.* *K* (*non D*) dicimus quia *K* (*non D*) 19 Pap. vocate *Tante corr.* capite *T* 21 qu. inf. *C* sugant *C¹* 22 lac *om.* *C¹* 25 calore *C¹* quod] quia *C* 26 ducunt *C¹* mutatur *K*